



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii
Compendium Omnium Operum de Theologia Morali,
omnibusque conscientiæ nodis**

Bonacina, Martino

Coloniæ Agrippinæ

Ornatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41152

ras, non extraordinaria, aut publica. *Ibid punct. 6. num. 1. & 59.* Effectus Sacramenti ordinis est gratia habitualis, & character, ex Trident. *sess. 23. c. 4. ibid. n. 3.*

A D D I T I O.

An omnes ordines sint sacramenta, non convenit inter scholasticos Doctores, quos tamen Emm. Sa omnes esse putat, vid. *Sot. d. 24. qu. 1. art. 4. Val. d. 9. qu. 1. p. 4. Syl. ordo. 1. num. 1. 2. Navar. cap. 22. num. 18.* Cum Sa consentit etiam Pet. a Soc. *l. c. 4. de ord. Bellarm. lib. 1. de ord. c. 2. 6. 7. v. d. c. cler. Val. l. c.*

Cum dubitatur, num aliquid essentielle ommissum sit, omnia sunt iteranda, alioqui solum id quod ommissum est; nec prius ordine utendum *Fum 8. Syl. 10. 11. l. c.*

Ordines non dantur post prandium, nec ordo sacer sine Missa, vid. *Syl. l. c.*

Episcopus non potest dispensare super ætate ad ordines.

Ordinatio per vim non tenet, per metum tenet, sed non obligat, si sit metus grandis, ad castitatem, nec ad officium, *Sot. d. 25. q. 1. art. 2. Majol. lib. 4. cap. 16. de irregul.*

A D D I T I O.

Ornatus.

Ornari potest femina ad tegendam turpitudinem: quod si fiat ad vanitatem, ad fingendam pulchritudinem, mortale non est, etiam in religiosa, si moderatè se ornat. *Navar. c. 23. n. 18.* Quod si quis alius inde sumat occasionem peccandi mortaliter, tunc mortale esse quidam aiunt, sed meliùs alii negant. *Navar. c. 23. n. 23.* Illud verum, si in eo expendatur quod esset necessario dandum pauperibus, peccari mortaliter. De Ornatu *D. Thom. 2. 2. q. 169. art. 2. & Cajet. ibid. Nav. ca. 23. n. 19. Cajet. v. ornatus. Quiniam aiunt) Sylv. ornatus num. 4. sed meliùs,) Cajet. l. c. Nav. c. 14. num. 37. Illud Syl. l. c. n. 5.*

Feminam nudum pectus gestare, sine mala intentione, quidam negant. Emm. Sa talem difficilè absolvendam putat, *Cajet. v. ornatus, c. 4. q. 2. 2. q. 1. art. 2.*

Mulier diaphana veste ita utens, ut nuda videatur, lethali crimine se obstringit, *Cajet. l. c.*